

TRACTATIO.

§. I.

CRiticis cum vacare non potuerim, id hodie sufficiat, ut, quæ usum in ipsa præstant praxi, potissimum persequar. Textus igitur sacer hujus est tenoris :

Τῶ δὲ πλήθους τῶν πισευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία : καὶ οὐδὲ εἰς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶ, ἔλεγεν ἰδίον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά.

Versio Latina SCHMIDII :

Ceterum multitudinis eorum, qui crediderunt, erat cor & anima una, neque ullus quicquam facultatum, quæ ipsi, dicebat proprium esse, sed erant illis omnia communia.

Versio Germanica LUTHERI:

Der Menge aber der Gläubigen / war ein Hertz und eine Seele. Auch keiner sagete von seinen Gütern / daß sie sein wären / sondern es war Ihnen alles gemein.

Varians equidem lectio græca deprehenditur in *Exemplari Cantabr*: quod BEZÆ fuerat, ast quousq; hæ *variantes Lectiones* valeant, & an authentico nostro aliquid detrahant Codici? Eruditorum relinquo iudicio, & quis CURCELLÆI, MILLII, & KUSTERI in colligendis variantibus lectionibus animus fuerit? satis omnino constat.

JUNII & TREMELLII versio cum *Schmidiana* examuffim conspirat, ut eadem verba quoque adsint.
Versio germanica *Papeorum* ac *Calvino-Reformato-*

mato.